

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 4975

**Auteur(s) :** Geoffroy Havart, de Léry [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Pont-de-l'Arche, Notre-Dame de Bonport (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1280, octobre

**Action juridique :** vente

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Geoffroy Havart vend aux religieux de Bonport plusieurs pièces de terre à Léry.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Andrieux Jules, *Cartulaire de l'abbaye royale de Notre-Dame de Bon-Port de l'ordre de Cîteaux au diocèse d'Évreux*, Évreux, Hérissé, 1862, n° CCCXI, p. 318-320.

Texte établi d'après a

..... omnes presentes et futuri quod ego Gaufridus Havart, de Lereio, vendidi et concessi et hac presenti carta confirmavi..... abbati et conventui Boni Portus quamdam pechiam vinee cum fundo terre, continentem dimidiam acram et dimidiam..... sitam in dicta parrochia, in territorio quod dicitur Esmaiart, inter vineam Guillelmi Le Mansel, ex uno latere, et inter .....as Gachons, ex alio, et aboutat ad vineam dicti Guillelmi, ex uno capite, ad propriam vineam meam, ex altero..... eisdem religiosis quinquaginta et sex solidos et unum caponem annui redditus, sitos in predicta parrochia super masagium..... quod teneo de dictis religiosis, situm juxta masagium Jordani de Forieres, et aboutat super masagium Radulfi Heude..... et super masagium as Gobelins, ex alio, et etiam super quoddam gardinum meum quod fuit condam Mabilie de..... defuncte, situm inter gardinum Dyonisii Droet, ex una parte, et gardinum meum quod teneo de feodo..... aboutat ad gardinum meum proprium, ex una parte, et ad queminum regis, ex altera : percipiendos, et habendos dictos quinquagintos..... dictis religiosis, annis singulis, ad festum Sancti Michaelis, et caponem ad Natale ; ita quod dicti religiosi et eorum..... poterunt facere plenariam justiciam suam, pro redditu et emenda super dicta duo loca vel super alterum ipsorum..... si melius viderint expedire, absque ulla contradictione mei vel heredum meorum. Item vendidi eisdem religiosis quoddam..... masagium quod fuit condam Michaeli Le Mansel, situm in dicta parrochia, inter masagium Guillelmi Le Mansel, ex una..... Anfredi dicti Calochit, ex altera, et aboutat ad queminum regis, ex uno capite, situm dictum gardinum seu..... ab una meta ad aliam. Item vendidi eisdem religiosis dimidiam acram prati decem perticis minus, situm..... videlicet ad haiam du Diguët, inter prata dictorum monachorum, ex una parte, et aboutat ad meum pratum proprium. Item..... eisdem religiosis quinque solidos turonensium annui redditus, quos michi reddebat annuatim Johannes Albino, ad festum Beati Johannis..... una pechia prati, sita in dicta parrochia, inter terram Roberti Goie, ex una parte, et quadragenas dictorum religiosorum, ex altera, et aboutat..... dicti Johannis. Pro hac autem venditione, dicti religiosi michi dederunt octoginta libras turonensium, de quibus..... pro pagato. Tenenda et habenda et in perpetuum possidenda omnia supradicta dictis religiosis et successoribus..... heredibus meis, libere, pacifice et quiete, absque ulla reclamazione mei vel heredum meorum ; et ego dictus Gaufridus et heredes mei tenemur omnia supradicta dictis religiosis et successoribus suis garantizare et defendere contra omnes, ad usus et consuetudines Normannie, vel alibi, si necesse fuerit, in nostra propria hereditate, ad

valorem excambiare. Et licebit eisdem religiosis super omnia supradicta plenariam justiciam suam facere pro redditu et emenda, quociens dicti redditus non fuerint ad terminos..... omnia firmiter tenenda et inviolabiliter observanda me obligo et heredes meos relinquo quoad hec in..... obligatos. In cujus rei testimonium et munimen, presentem cartam dictis religiosis tradidi, sigillo meo proprio confirmatam, salvis in omnibus jure et redditu predictorum religiosorum.

Actum anno Domini M° CC° octogesimo, mense octobris.